

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dissertationes refutatoriae synodalis ab Heinrico Heideggero professore Tigurino adversus sacras

Reding, Augustin

Monasterii Einsidlensis, 1669

Dissertatio XX.

[urn:nbn:de:bsz:31-162659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-162659)

semper subest honestas in fidelium actus
 morales *specificativè* derivans bonitatem
 moralem. Et sic *practicè loquendo* secun-
 dum prudentiam ac moralem certitudi-
 nem, semper tantò creditur Bullis Ponti-
 ficij, licèt in factò particulari aliquando
 subesset falsitas aliqua. Neque verò cir-
 ca Divinæ Sacelli Einsidensis Consecra-
 tionis approbationem Pontificiam ali-
 quis error facti timendus est, dum ejus-
 modi suspicionem omninò abstulit tum
 publica vocis etiam cœlestis coram
 Summo Pontifice, ac Imperatore, sacro
 Episcoporum, Principumquè plurimo-
 rum Consistorio, legitimè probata atte-
 statio; tum fideiulà ultrà septingentos jam
 annos continuata traditio & consensus,
 tum miraculorum reiterata frequentia.

DISSERTATIO XX.

*An ex eo, quòd Leo VIII. Papa sit du-
 bius, ipsa etiam Bulla Divinæ illius Dedic-
 tionis approbatoria censeri debe-
 at dubia?*

I, Hanc dubitationem movet Hei-
 deg-

deggerus §. 21. ita discurrens: Etenim dubium esse hunc Papam Leonem, nemini esse potest dubium, qui legerit paulò attentius, quæ de eo differit Baronius *ad Annum 963. sect. 31. 32. & c.* Quòd nempe in Synodo Romanâ Ioannes XIII. de multis criminibus ibi numeratis convictus, ab Othone Imperatore, reliquisq; Synodi Romanæ Patribus inauditum vulnus inaudito cauterio exurentibus fuerit depositus, & Leo VIII. teste Sigeberto adhuc laicus in locum ejus successus. Sed Baronius immane, quantum in eam Synodum & electionem Leonis debacchatur, argumento à numeratione Leonum petito ita respondet, & simul concludit: *Nec numerata Leonum ita numeratorum series esse factet, quod non est; sicut nec canem aliquem Leonis nomine insignitum verè Leonem ipsa nominatio, vel numeratio tantum facta constituunt.* Hæc, ut scias è numero Leonum Pontificum hunc pseudo-Leonem explodere. En quo loco sit Baronio Leo VIII. cujus Bullâ nititur
 appa-

apparitionis Eremitanæ fides.

II. Verùm in Leone VIII. distingue-
re oportet annos, quibus Pontificatum
gessit. Nam Anno 963. electum, testa-
tur Baronius, obiisse diem Anno 965 Et
si proinde argumenta Baronij videantur
evincere, Leonem VIII. non fuisse ve-
rum Pontificem, quousque, Anno scili-
cet 964. Mense Majo Ioannes XIII. erat
defunctus; attamen à die mortis hujus
nihil impediēbat, quò minus constitue-
retur legitimus Pontifex. Et hinc Baro-
nius ad Annum 907. testatur, illius tem-
poris scriptores uno animo & ore Leo-
nem VIII. agnovisse verum Papam, pa-
tetque ex varijs Bullis Pontificijs, reli-
quos posteriores Pontifices unanimiter
vocasse eundem prædecessorem suum,
adèdque inter legitimos Papas censuisse.
Quem porrò in serie Romanorum Pon-
tificum locat Catalogus Romæ excusus,
in quo peculiariter notandum venit, u-
nicum cum mensibus aliquot assignari
anaam Pontificatûs ipsius, & ita primum
ejus

eius annum non computari in Pontificatu, sed hujus initium peti ab anno 964. quando Ioannes XIII. jam erat defunctus. At verò ex Bullâ Leoninâ patet, An. 964. quarto Idus Novembris esse à Leone VIII. decretam Divinæ Sacelli Einsidensis consecrationis approbationem, à quo tempore fuisse hunc legitimum Pontificem, præter argumenta superius posita, ex hoc etiam probari potest, quòd nefas sit credere, duos sanctitate conspicuos Conradum Constantiensem, & Udalricum Augustanum Antistites, cum primarijs Germaniæ, ac Italiæ Archi-Episcopis, ac Episcopis affuturos fuisse Consistorio Anti-Papæ, ab hoc petendo confirmationem Dedicationis præfatæ. Evanescit igitur illius ab Heideggero motæ argumentationis fundamentum, omniaquè, quæ juxta consuetum suum stylum exinde conatus fuit deducere dilemnata; statquè firma illius Divinæ consecrationis approbatio Pontificia, maximè cum à diversis

versis Summis Pontificibus fuerit deinceps reiterata, concessis diversis etiam Privilegijs ob maxima, quæ ibidem Beatæ Mariæ meritis dignatus est Altissimus operari miracula, uti habent plures Bullæ in Archivio Einsidlensi aservatæ.

DISSERTATIO XXI.

An per miracula concilietur aliqua auctoritas ad probandam Divinam

Sacelli Einsidlensis consecrationem?

I. Heideggerus §. 22. rē ita prosequitur. Sed miracula, miracula! Ita inclamant Mangones moderni, ut Divinam auctoritatē concilient suæ Divæ. An non *majestas est*, inquit cum Lipsio Aspricollensem suam Divam exornante, *Divina illa opera edere, cæcis lumen, claudis gressum, agris salutem reddere, in ipsos demones imperium exercere?* & quid non? Notum est, quomodò talia declament adversarij, & causæ suæ in ijs arcem col-